

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium Philippica III. Oratio XLVI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

## In M. Antonium

sentati morte mea libertas ciuitatis potest. Vtinā aliquādo dolor populū Ro. pariat, qđ ianā diu parturit. etem si abhinc annos ppe viginti hoc ipso in tēplo negaui posse mortē imma- turam esse Cōsulari, quāto verius nūc negabo seni! Mihi vero P.C. iā etiā oprāda mors est p- functo rebus eīs, quas adeptus sum, quasq; gessi. Duo modo hęc opto: vnū, vt moriēs popu- lum Ro. liberū relinqūā. hoc mihi maius a diīs immortalibus dari nihil potest. alterū, vt ira cuiq; eueniat, vt de Rep. quisq; mereatur.

### IN M. ANTONIVM PHILIPPICA, III. ORATIO, XLVI.



ERIVS omnino P.C. q̄ tēpus reipublicę postulauit, aliquando ta- men, cōuocati sumus. qđ flagitabā equidē quotidie: qppē cū bellum nefariū cōtra aras, & focos, cōtra vitā, fortunāq; nostras, ab homi- ne p̄ligato, ac perditō nō cōparari, sed geri iā viderē. Expectāt Ca- lendę Ianuarii, quas nō expectat Antonius. q̄ in puinciam D. Bruti summi & singularis viri, cū exercitu impetū facere conat. ex qua se instructum, & paratū ad urbē vēturū esse miniat. Quę est igit̄ ex- pectatio: aut q̄ vel minima dilatio tēporis: q̄q̄ em̄ adsunt Calēdę Ia- nuarii, tamē breue tēpus longū est imparatis. dies em̄ affert, & ho- ra potius, nisi puissum est, magnas sepe clades, certus autē dies non

Tēpus bre- ue, lōgū est imparatis. Dies multa affert. Dies cert⁹ sacrificiū, nō consiliū.

vt sacrificiū, sic consiliū expectari solet. q̄ si aut Calēdę Ian. fuissent eo die, quo primū ex urbe fugit Antonius: aut hęc, nō essent expectatę: bellū iā nullū haberemus. auctoritate em̄ Senat⁹ consensuq; populū Ro. facile hominis amētis fregissemus audaciā, qđ cōfido equidē Cōsules designatos, simulac magistratū inierint, esse facturos. sunt em̄ optimo animo, summo cōsilio, singulari concordia. mea autē festinatio nō victorię solū auida est, sed etiā celeritatis. quousq; enim tantū bellū, tā crudele, tā nefariū priuatis cōsiliis ppulsabit: cur nō q̄primū publica accedit auctoritas: C. Cęsar adolescens, pene potius puer, incredibili ac diuina quadā mēte, atq; virtute tū, cū maxime furor arderet Antonii: cūq; eius a Brundusio crudelis & p̄stifer reditus timeret: nec postulantibus, nec cogitantibus, nec opinantibus quidē nobis (quia fieri posse nō videbat) firmissimū exercitū inuicto genere veteranorū militū cōparauit, patrimo- niumq; suū effudit. q̄q̄ nō sumus vsi eo verbo, quo decuit. nō em̄ effudit, sed in salutē Reip. collocauit. Cui q̄q̄ gratia referri tanta nō potest, quāta debet: habēda tamē est, quantā maxi- mam animi nostri capere possunt. Quis em̄ est tā ignarus rerū: tā nihil de Rep. cogitās: qui hoc non intelligat. si M. Antonius a Brundusio cū iis copiis, quas se habiturum putauerat, Romam, vt minabat, venire potuisset: nullū genus crudelitatis eū prateriturū fuisse: quippe qui in hospitis tectis Brundusii fortissimos viros ciues optimos iugulari iussit: quorū ante pedes eius morientū sanguine os vxoris respersum esse cōstabat. Hac ille crudelitate imbu- tus, cū multo bonis omnibus veniret iratior, q̄ illis fuerat, quos trucidarat: cui tādē vestrū, aut cui omīno bono pepercisset: qua peste Remp. priuato cōsilio (nec em̄ fieri potuit aliter) Cęsar liberauit. qui nisi in hac Rep. natus esset, Remp. scelere Antonii nullā haberemus. sic enim p̄spicio, sic iudico: nisi vnus adolescens illius furētis impetus crudelissimosq; conatus cohibuisset, Remp. funditus interiturā fuisse. Cui quidē hodierno die P.C. nūc em̄ primum ita cōuenimus, vt de illius beneficio possem⁹ q̄ sentirem⁹ libere dicere: tribuēda est auctori- tas, vt Remp. nō modo a se susceptā, sed etiā a nobis cōmendatā possit defendere. Nec ve- ro de legione Martia (quoniā longo interuallo loqui nobis de Rep. licet) sileri potest. quis enim vnq; fortior, q̄s amīcior vnq; Reip. fuit, q̄ legio Martia vniuersa: q̄ cū hostē populū Ro. M. Antonii iudicasset, comes eius esse amentię noluit. reliquit cōsulē. qđ profecto nō fecisset si eum Consulē iudicauisset: quē nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cēdē ciuiū, atq; interitū ciuitatis videret. Atq; ea legio cōsedit Albe. quā potuit urbē eligere, aut opportuniorem ad res gerendas: aut fidiorem: aut fortiorū virorū: aut amīciorū populo Ro. ciuiū: Huiusce le- giōis virtutē imitata Quarta legio duce L. Egnatuleio Quęstore ciue optimo, & fortissimo, Cęsarī auctoritatē, atq; exercitū persecuta est. Faciendū est igit̄ nobis P.C. vt ea quę sua spō- te clarissimus adolescens, atq; omnium p̄stantissimus gessit, & gerit, hęc auctoritate nostra comprobentur: veteranorumq; fortissimorum virorum, tum legionis Martię, Quartęq; mi- rabilis consensus ad Remp. recuperandam laudetur, & testimonio nostro confirmet: eorūq; commoda, honores, p̄mia, cum Consules designati magistratum inierint, curę nobis fore;

Effundere.

hodierno die spondeamus. Atque ea quodam quae dixi de Cesare, deque eius exercitu, iandiu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Caesaris, constantiaque militum veteranorum, legionumque earum optimo iudicio, quae auctoritatem nostram, libertatemque populi Romani, virtute C. Caesaris secute sunt: a ceruicibus nostris est depulsus Antoni. sed ut dixi, haec superiora. Hoc vero reces edictum D. Bruti, quod paulo ante propositum est, certe silentio non potest praeteriri, pollicetur enim se provinciam Galliam retenturum in Senatus populi Romae potestate. O civem natum Reipublicae meae morem sui nominis, imitatoreque maiorum. neque enim Tarquinio expulso, maioribus nostris tanta fuit operata libertas, quae est repulso Antonio retinenda nobis. Illi regibus parere iam a condita urbe didicerat, nos post reges exactos servitutis oblivio ceperat. Atque ille Tarquinio, quem maiores nostri non tulerunt: non crudelis, non impius, sed superbus habitus est, & dicitur, quod nos vitium in privatis sepe tulimus, maiores nostri ne in rege quod ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: D. Brutus sceleratam atque ipsam regnare patietur Antoni: quod Tarquinius tale: qualia innumerabilia, & fecit, & facit, Antoni? Senatus etiam Reges habebat: nec tamen, ut Antonio Senatum haberi, in consilio regis versabantur Barbari armati, servabant auspicia reges, quae hic Consul Augurque neglexit: neque solum legibus contra auspicia ferendis, sed etiam Collega una referente, quem ipse emittis auspiciis vitiosum fecerat. Quis autem rex unquam fuit tanta insigniter impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia: quam hic immunitatem, quam civitatem, quod praemium, non vel singulis hominibus, vel civitatibus, vel universis provinciis vendidit? Nihil humile de Tarquinio, nihil fordidum accepimus. at vero huius domi inter civis illius appendebatur aurum, numerabat pecunia: una in domo omnes, quorum intererat, totum Imperium Reipublicae nundinant. Supplicia vero in civis Romae nulla Tarquini accepimus. at hic & Suesse iugulavit eos, quos in custodia dederat: & Brundisii trecentos fortissimos viros, civisque optimos trucidavit. Postremo Tarquinius pro populo Romae bellum gerebat, tamen cum expulsus est. Antonius contra populum Romanum exercitum educebat, tamen cum a legionibus relictus nomen Caesaris exercitumque peritum: neglectisque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota, quae nunquam solveret, nuncupavit: & hoc tempore in provinciam populi Romae conatur invadere. Maius igitur beneficium a D. Bruto populus Romae & habet, & expectat, quam maiores nostri acceperunt a L. Bruto principe huius maxime conservandi generis, & nominis. Cum autem est omnis servitus misera, tamen vero intolerabile est servire impuro, impudico, effeminato, nunquam, ne in metu quidem, sobrio, hunc igitur quae Gallia prohibet, privato praesertim consilio: iudicat, verissimeque iudicat, non esse Consul. Faciendum est igitur P. C. nobis, ut D. Bruti privatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec vero M. Antonium Consul post Lupercalia putare debuistis, quo enim ille die populo Romae inspectate, nudus, vinctus, ebrius, concionatus est: & id egit, ut collegae diadema imponeret: eo die non modo Consularum, sed etiam libertate se abdicavit, esset enim ipsi certe statim serviendum, si Caesar ab eo regni insignem accipere voluisset. Hunc igitur ego Consul, hunc civem Romanum, hunc liberum, hunc denique hominem putem: quod fredo illo, & flagitioso die, & quod pari Cesare vivo posset, & quid eo mortuo consequi ipse cuperet, ostendit. Nec vero de virtute, constantia, gravitate provinciae Galliae taceri potest, est enim ille flos Italiae, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis, tantus autem est consensus municipiorum, coloniarumque provinciae Galliae, ut omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemque Populi Romae defendendam conspici rase videantur. Quobrem Tribuni plures quique vos nihil aliud, nisi de praesidio, ut senatum tuto consules Calenianus habere possent, retulistis: tamen mihi videmini magno consilio, atque optima mente potestatem nobis de tota Reipublicae fecisse dicendi. cum enim tuto Senatum haberi sine praesidio non posse iudicavistis, istud etiam statuistis, intra muros Antonii scelus audaciaque versari. Quamobrem omnia mea sententia complectar, vobis ut intelligo non invidis: & ut praestantissimis ducibus a nobis detur auctoritas: & fortissimis militibus spes ostendat praemiorum: & iudicetur non verbo, sed re, non modo non Consul, sed etiam hostis Antonius, nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones, quae Consul reliquerunt: sceleratus Caesar: Brutus nefarius: quae contra Consul privato consilio exercitus comparauerunt. sin autem militibus exquirendi sunt honores novi, propter eorum diuinum, atque immortale meritum: ducibus autem ne referri quidem potest gratia: quae est, quae eum non hostem existimet: quae, quae armis persequuntur, conservatores Reipublicae iudicant. At qui contumeliosus in edictis: qui barbarus: qui rudis: Primum in Cesare maledicta congestit depropta ex recordatione impudicitiae, & stuprorum suorum, quis enim hoc adolescete castior: quae modestior: quod in iuventute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis: quis autem illo male

Tarquinii  
Superbi  
& M. Ant.  
comparatio.

locus  
iudicis.

Quintus  
Cicero  
Epist.  
Populi.

Provinciae  
Galliae laus

Fustuarium.

## In M. Antonium

Aricie laus  
Municipiis  
acciti viri  
nobiles.

Bambalio.

Isocius.  
Inimicus.

Currere in  
citare.

Epule.  
Popinae.

Seteriole.

Dignus.  
Facere con-  
tumeliam.  
Ex oratore  
arator.

dico impurior: ignobilitatem obiicit C. Cesaris filio, cuius etiam naturalis pater, si vita suppeditasset, Consul factus esset. Aricina mater, Trallianam, aut Ephesinam putes dicere: videre quod de spiciamur omnes, qui sumus e municipiis, id est oes plane: notus enim quisque non est, quod aut municipium non contemnit is, quod Aricinum tantopere despicit, verustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate pene finitimum, splendore municipium honestissimum: hinc Voconiae, hinc Scatiniae leges, hinc multae Sella curules, & patrum memoria & nostra: hinc Equites Romae, lautissima plurimi, & honestissimi. Sed si Aricinam uxorem non probas, cur probas Tusculanam: quae huius sanctissime foeminae, atque optime pater M. Accius Balbus in primis honestus, Praetorius fuit, tuae conjugis bonae foeminae, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius: quod propter hesitantiam linguae, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. At auus huius nobilis, Tuditanus nempe ille, quod cum palla, & cothurnis numeroso populo de rostris spargere solebat, velle hanc contumeliam pecuniae suis reliquisset: haberetis nobilitatem generis gloriosam. Qui autem euenit ut Iulia natus, ignobilis videatur, cum tu eodem materno genere soleas gloriari: quae porro amentiae sunt: eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate, cuius pater Numitoria Fregellana proditoris filiam habuerit uxorem: ipse ex libertini filia susceperit liberos. Sed hoc clarissimi viri viderint: L. Philippus, qui habet Aricinam uxorem: C. Marcellus, qui Aricinae filiam: quos certe scio dignitatis optimarum foeminarum non poenitere. Idem etiam Q. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam, quid enim accidere huic adolescenti potuit optatius: quam cognosci ab hominibus Cesaris consiliorum esse socium, Antonii furoris inimicum: At etiam gladiator ausus est scribere, hunc de patris & patrum parricidio cogitasse. O admirabile impudentiam, audaciam, temeritatem, in eum adolescentem haec scribere audere: quae ego, & frater meus, propter eius suauissimos atque optimos mores praestantissimumque ingenium, certatim amamus: omnibus horis, oculis, auribus, complexu tenemus. Nam in eisdem me edictis nescit laedat, an laudet, cum idem supplicium minatur optimis civibus, quod ego de sceleratissimis sumpserim, laudare videtur, quasi imitari velit, cum autem illam pulcherrimi facti memoriam refricat, tum a suis similibus inuidiam aliquam in me commoueri putat. Sed ipse quid fecit: cum tot edicta proposuisset, edixit ut adesset Senatus frequens ad VIII. Cal. Decembris: eo die ipse non affuit. At quomodo edixit: haec sunt, ut opinor, verba in extremo. Si quis non affuerit, hunc omnes existimare poterunt, & interitum mei, & perditissimorum consiliorum auctorem fuisse. Quae sunt perdita consilia: an ea, quae pertinent ad libertatem populi Romae, recuperandam: quorum consiliorum Cesaris, me auctorem & hortatorem, & esse, & fuisse fateor. quae ille non egiit consilio cuiusquam, sed tamen, ut dicit, currentem incitauit. Nam interitus quidem tui quis bonus non esset auctor: cum in eo salus, & vita optimi cuiusque, & libertas populi Romae, dignitasque consisteret. Sed cum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit: num putatis aliqua re tristi & seuera: vino, & epulis retentus, & alea est: si epulae potius, quam popinae nominandae sunt. Die edicti obire neglexit, & ante diem quartam Calendarum Decembris distulit, adesse in Capitolio iussit, quod in templum ipse nescio qua, per Gallorum cuniculum ascendit, conuenerunt corrogati, & quidem amplius quidam homines, sed immemores dignitatis suae, is enim erat dies, ea fama, is impetus eius, quod senatum vocarat, ut turpe senatori esset, nihil timere. Ad eos tamen ipsos, quod conuenerat, ne verbum quidem ausus est facere de Cesare, cum de eo constituisset ad Senatum referre, scriptam attulerat Consularis quidam sententiam, quid est aliud de eo referre non audere, quod contra se Consul exercitum duceret, nisi se ipsum hostem iudicare: necesse enim erat alterum esse hostem: nec poterat aliter de aduersariis ducibus iudicari. Si igitur C. Caesar hostis, cur Consul nihil refert ad Senatum: si ille a Senatu notandus non fuit, quod potest dicere, quin cum de illo tacuerit, se hostem esse confessus sit: quae in edictis Spartacum appellat, hunc in Senatu ne improbum quidem dicere audeat. At in rebus tristissimis quatos excitat risus: sententias edicti cuiusdam memoriam mandauit, quas videtur ille peracutas putare. Ego autem quod intelligeret, quod dicere vellet, adhuc neminem inueni. An vlla contumelia est, quam facit dignus: primum quod est dignus: nam etiam malo digni multi, sicut ipse, an quam facit is, quod cum dignitate est: quae autem potest esse maior: quid est porro facere contumeliam: quis sic loquitur: Deinde, nec timor quae denunciat inimicus, quid est ergo: ab amico timor denunciari solet: horum similia deinceps, non ne satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat, dicere: Hem cur magister eius ex oratore, arator factus sit, ut possideat in agro publico populi Romae, capi Leontini duo millia iugerum immunia: ut hominem stultum magis etiam isatuet mercede publica. Sed haec leuiora fortasse, illud

quero, cur tam subito mansuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus! quid autem attinuerit, L. Cassio tribuno ple. fortissimo, & constantissimo civi mortem denunciare, si in Senatum venisset! D. Carfulenū bene de Rep. sentientē, a Senatu vi & minis mortis expellere! Tyberinū Canutiū, a quo erat honestissimis cōtentionibus & sepe, & iure vexatus, nō tēplo solū, verū etiā aditu prohibere Capitolii: cui senatuscōsulto ne intercederēt verebat! de supplicatione credo M. Lepidi clarissimi viri, atq; id erat periculum, de cuius honore extraordinario quotidie aliqd cogitabamus, ne ei⁹ v̄situs honos impediret. Ac ne sine causa videret edixisse, vt Senatus adesset, cū de Rep. relaturus fuisset, allato nūcio de legione Quarta, mente concidit: effugere festinans, senatuscōsultū de supplicatione p̄ discessionē fecit, cū id factū esset ante annū. Quę vero p̄fectio postea: qđ iter paludati: qđ vitatio oculorū, lucis, vrbis, fori: qđ misera fuga: qđ fœda: qđ turpis! Præclara tum fuit senatus in illo ipso die vespertina puinciarū religio: sa sortitio: diuina vero opportunitas, vt qđ cuiq; apta esset, ea cuiq; obueniret. Præclare igit facitis Tribuni ple. qui de p̄sidio Consulū, Senatusq; referatis: meritoq; vestro maximas gratias vobis oēs & agere, & habere debem⁹. qui em̄ carere metu, & periculo possemus, in tāta hoīm cupiditate, & audacia: ille autē afflictus & perditus, qđ de se expectat iudicia grauiora, qđ amicorum suorū: familiarissimus ei⁹ mihi homo cōiūctus, L. Lētulus, & P. Naso omni carēs cupiditate, nullā se habere puinciā, nullā Antonii sortitionē fuisse iudicauerūt. qđ idē fecit L. Philippus vir auo, patre, maioribusq; suis dignissimus. in eadē sententia fuit homo summa integritate, atq; innocētia M. Anturanius. idē fecit P. Appius. ipsi etiā qui amicitia M. Antonii veriti, plus ei tribuerunt, qđ fortasse vellent, M. Piso, & meus necessarius, & vir, & ciuis egregius, patriq; innocētia M. Vehilius, senatus auctoritati se obtēperaturos esse dixerūt. Quid ego de L. Cinna loquar: cuius spectata multis magnisq; reb⁹ singularis integritas minus admirabile fecit huius honestissimi facti gloria, qđ oīno puinciā neglexit. quā itē magno aīo & cōstati C. Cessidius repudiavit. Qui sunt igit reliq; quos fors diuina delectet! L. Antonius, & M. Antonius. O felice vtrūq;: nihil em̄ maluerunt. C. Antonius Macedoniā, hunc quoq; felicē, hāc em̄ semp habebat in ore puinciā. C. Caluissus Aphricā. nihil felicius, modo em̄ ex Aphrica decesserat: & quasi diuinās se rediturū, duos legatos Vtica reliquerat. deinde M. Iccius Siciliā: Q. Cassius Hispaniā. non habeo quid suspicer, duarū credo puinciarū sortes min⁹ diuinās fuisse. O C. Cēsar (adolescētē appello) quā tu salutē Reip. attulisti: qđ improuisam: qđ repētina: qui em̄ hęc fugiens fecerit, quid faceret insequens: etem̄ in cōcione dixerat, se custodē futurū vrbis, vsq; ad Cal. Maias ad vrbē exercitū habiturū. O p̄clarū custodē ouium (vt aiunt) lupum. custos ne vrbis: an direptor, & vexator esset Antonius! Et quidē se introiturū in vrbē dixit, exiturūq; cum vellent. quid istud: nonne audiente populo sedens pro eade Castoris dixit: nisi qđ vicisset victurū neminē! Hodierno die primū P. C. longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus: cuius quidē ego, quoad potui, nō modo defensor, sed etiā conseruator fui. cū autē id facere nō possem, qui fui: nec abiecte, nec sine aliqua dignitate, casum illū temporū, & dolorē tuli. hanc vero teterrimā belluā, quis ferre posset! aut quomodo! quid est in Antonio, p̄ter libidinē, crudelitātē, petulantia, audaciā: ex his tot conglutinat⁹ est. nihil apparet in eo ingenuū, nihil moderatū, nihil pudens, nihil pudicū. Quapropter quoniā res in id discrimen adducta est, vtrū ille p̄nas Reip. luat, an nos seruiam⁹: aliquando per deos immortales P. C. patriū animū, virtutēq; capiamus. aut libertatē propriā Romani generis, & noīs recuperemus, aut mortē seruituti anteponamus. Multa quę in libera ciuitate ferēda non essent, tulimus, & perpessi sumus, alii spe recuperandę libertatis, alii viuendī nimia cupiditate. sed si illa tulimus, quā necessitas ferre coegit, vsq; quedā pene fatalis: quę tñ ipsa non tulimus: etiā ne huius impuri latronis feremus teterrimū, crudelissimūq; dominatū: quid hic faciat, si potuerit, iratus: qui cū succensere nemini posset, oībus bonis fuerit inimicus: quid hic victor nō aut debet! qui nullā adeprus victoriā tanta scelera post Cēsaris interitū fecerit: refertam eius domum exhausserit: hortos cōpilarit: ad se omnia ex his ornāmēta transtulerit: cedis & incēdiorum causam quęsierit ex funere: duob⁹ aut tribus Senatuscōsultis e Rep. bene factis, reliquas res ad lucrū p̄dāq; reuocauerit, vendiderit: immunitate ciuitates liberauerit: puincias vn̄uersas ex iperū populū Ro. iute sustulerit: exules reduxerit: falsas leges C. Cēsaris nomine, & falsa decreta in es incidenda, & in Capitolio figenda curauerit: earūq; rerū omnīū domesticū mercatū instituerit: populo Ro. leges imposuerit: armis & p̄sidiis populū Ro. & magistratus foro excluserit: Senatū stipauerit armatis: armatos in cella Concordię, cū Senatū haberet, in-

Lupus cū  
stos ouium  
Pro æde  
Castoris,

† paternū.

Mercatus.

## In M. Antonium

Greges ar-  
mentorū.

Gladiatorū  
mos.

Senat. cōs.

clusit: ad legiones Brundisium cucurrerit: ex his optime sentientes Cetriones iugulauerit: cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem urbis venire conatus. Atque is ab hoc impetu abstractus consilio & copiis Cesaris, consensu veteranorum, virtute legionum, ne fortuna quidem fractus minuit audacia: nec ruere demens, nec furere desinit: in Galliam mutilatum ducit exercitum: cum una legione, & ea vacillante L. fratrem expectat, quod neminem reperire potest sui similiorem. Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit stipes, ubique posuit vestigia: cedit greges armentorum, reliquique pecoris quodcumque nactus est: epulantur milites: ipse autem se, ut fratrem imitetur, obruit vino: vastant agri, diripiunt villae: matres familias, virgines, pueri ingenui arripiuntur, militibus traduntur. Haec eadem quacumque exercitum duxit, fecit M. Antonius. His vos teterrimis fratribus portas aperietis: hos inquam in urbem recipietis: non tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo Romano conspirante, Italia tota ad libertatem recuperandam excitata, deorum immortalium beneficio utemini: nullum erit tempus hoc amissum. a tergo, a fronte, a lateribus tenentur. si in Galliam venerit, non ille armis solum, sed etiam nostris decretis vrgendus est. magna vis est, magnum numen unum & idem sentientis Senatus. Videtis ne refertum forum: populum Romano ad spem recuperandae libertatis erectum: qui longo intervallo cum frequentes hic videt nos, tum sperat etiam liberos conuenisse. Hunc ego diem expectas, M. Antonium scelerata arma vitavi, tum cum ille in me absentem inuehens, non intelligebat ad quod tempus me, & meas vires referuare. si enim illi tum cedis initium a me quaerenti respondere voluissem, nunc Reipublicae consulere non possem. hanc vero nactus facultatem, nullum tempus P. C. dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin de populi Romano libertate, de dignitate vestra quod cogitandum sit, cogitem: quod agendum, atque faciendum, id non modo non recusem, sed appetam etiam, atque deposcam. Hoc feci semper dum licuit, intermissi quoad non licuit: iam non solum licet, sed necesse est etiam, nisi seruire malimus, quam ne seruiamus, animis armisque decernere. Dii immortales nobis haec praesidia dederunt, urbi Caesaris, Brutum Galliae. Si enim ille urbem opprimere potuisset statim, si Galliam tenere paulo post, optimo cuique pereundum, reliquis esset seruiendum. Hanc igitur occasionem oblata tenete per deos immortales P. C. & amplissimi orbis terrae consilii principes vos esse aliquando recordamini. signum date populo Romano consilium vestrum non deesse Reipublicae, quonia illa virtutem suam non defutura esse profitetur, nihil est quod moneam, nemo est tam stultus, qui non intelligat, si dormierimus hoc tempore, non modo crudeliter superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam & flagitiosam esse ferendam, nostris insolentiam Antonii, nostris amicos, nostris totam domum, libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis seruire: ea summa miseria est summo dedecore coniuncta. Quod si iam quod dii omen auertant fatum extremum Reipublicae, venit, quod gladiatores nobiles faciunt, ut honeste decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum gentiumque omnium, ut cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia seruiamus. Nihil est detestabilius dedecore, nihil sordidius seruitute, ad decus, & libertatem nati sumus, aut haec teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimirum diu teximus, quid sentiremus, nunc iam apertum est: oes iam patefecerunt, in vtraque parte quid sentiant, quid velint. Sunt impii ciues, per charitatem Reipublicae, nimirum multi: pro multitudinem bene sentientium, admodum pauci, quorum opprimendorum dii immortales incredibile populo Romano, potestatem, & fortunam dederunt, ad ea enim praesidia, quae habemus, iam accedunt Consules summa prudentia, virtute, concordia, multos menses de populi Romano libertate commentati atque meditati. His auctoribus, & ducibus, diis iuuantibus, nobis vigilantibus, & multum in posterum prouidentibus, populo Romano, consentiente, erimus profecto liberi breui tempore, iucundior autem faciet libertatem seruitutis recordatio. Quas ob res quae Tribuni plebis, verba fecerunt, ut Senatus Calpurnianus, tuto haberi, sententiaeque de summa Reipublicae, libere dici possint, de ea re ita censeo: ut C. Pansa, A. Hircius Consules designati, dent operam, ut Senatus Calpurnianus, tuto haberi possit: quae edictum D. Bruti imperatoris Consulis designati, optime de Reipublicae, merito, propositum sit, Senatui existimare D. Brutum imperatorem consulem designatum, optime de Reipublicae, promereri, cum Senatus auctoritate, populi Romano, libertatem, imperiumque defendat: quae Galliam prouinciam citeriorem optimorum & fortissimorum virorum, amicissimorum populo Romano, ciuium exercitum in Senatus potestate retineat: id enim, exercitumque eius, municipia, colonias prouinciae Galliae, recte, atque ordine, ex Reipublicae, fecisse, & facere: Senatui ad summam Reipublicae, pertinere arbitrari, a D. Bruto & ab L. Placco imperatoribus Consules designatis, itaque a ceteris, qui prouincias obtinent, obtineri ex lege Iulia quoad ex senatus consilio to cuique eorum successum sit: eosque dare operam, ut haec prouinciae, Galliaeque exercitus, in Senatus populi Romano, potestate, praesidioque Reipublicae, sint: cuique opera, virtute, consilio C. Cesaris, summoque consensu

su militum veteranorum, qui eius auctoritate secuti Reip. presidio sunt, & fuerunt, & a gratissimis periculis populus Ro. defensus sit, & hoc tempore defendat: cumque legio Martia Albę costiterit, in municipio fidelissimo, & fortissimo: sequi ad Senatus auctoritate, populiq; Ro. libertatem contulerit: pari consilio eademque virtute legio Quarta vsa L. Egnatuleio duce ciue egregio Senatus auctoritate populiq; Ro. libertatem defendat, ac defenderit: Senatui magnę curę esse, ac fore: & ut pro tantis eorum in Remp. meritis honores eis habeant, gratięq; referant, Senatui placere: utque C. Pansa, A. Hircius, Consules designati, cum magistratum inierint, si eis videbitur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referant, ita uti de Rep. fideque sua cęsuerint.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA QVARTA.

ORATIO. XLVII.



REquentia vestrum incredibilis, concioque Quirites tanta, quantam meminisse non video, & alacritatem mihi summam affert Reip. defendendi, & spem recuperandę libertatis, quam animus mihi nunquam defuit, tempora defuerunt, que simulac primum aliquid lucis ostendere visa sunt, princeps vestre libertatis defendendę semp fui, quod si ante facere conatus essem, nunc facere non possem. hodierno enim die Quir. ne mediocrem rem actam arbitremini, fundamenta sunt iacta reliquarum actionum, nam est hostis a senatu nondum verbo appellatus, sed te iam iudicatus Antonius. Nunc vero multo sum erectior, quam vos quoque hostem illum esse tanto consensu, tantoque clamore approbauistis, nec enim

fieri potest, ut non aut ii sint impii, qui contra Consulem exercitum comparauerunt: aut ille hostis, contra quem iure arma sumpta sunt. Hanc igitur dubitationem, quam nulla erat, tamen nequa posset esse, Senatus hodierno die sustulit. C. Caesar, qui Remp. libertatemque vestram suo studio, consilio, patrimonio denique tutatus est, & tutatus, maximis Senatus laudibus ornatus est. Latido, laudo vos Quir. cum gratissimis animis persequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius, sunt enim facta eius immortalitatis, non etatis, multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omnium seculorum memoria tale cognoui: quod cum seruitute premeremur, & in dies malum cresceret: presidium nihil haberemus: capitale, & pestiferum Brundisium M. Antonii reditum timerem: hoc insperatum omnibus consiliis, incognitum certe cepit, ut exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduceret, Antoniique futorem crudelissimis consiliis incitatum a pernicie Reip. auerteret. Quis est enim, qui hoc non intelligat: nisi Caesar exercitum parauisset, non sine exitio nostro futurum Antonii reditum fuisset: Ita enim se recipiebat ardens odio vestri, cruentus sanguine ciuium Romanorum, quos Sueffarum, quos Brundisii occiderat, ut nihil nisi de Reip. pernicie cogitaret. Quod autem erat presidium salutis, libertatisque vestre, si C. Cesaris fortissimorum suorumque patris militum exercitus non fuisset: cuius de laudibus & honoribus, qui eius pro diuinis, & immortalibus meritis diuini, immortalisque debentur, mihi Senatus assensus paulo ante decreuit, ut primo quoque tempore referretur. Quo decreto quis non prospicit Antonium hostem esse iudicatum: quem enim appellare possumus eum, contra quem qui exercitus ducunt, iis Senatus arbitrat singularis exquirendos honores? Quid legio Martia? que mihi videtur diuinitus ab eo deo traxisse nomen, a quo populum Ro. generatum accepimus: nonne ipsa suis decretis prius, quam Senatus, hostem iudicauit Antonium: nam ille si non hostis: qui Consulem reliquerunt, hostes necesse est iudicemus. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis: qui se ad Senatus auctoritatem, ad libertatem vestram, ad vniuersam Remp. contulerunt: hostem illum, & latronem, & parricidam patrię reliquerunt, nec solum id animose, & fortiter, sed considerate etiam sapienter fecerunt. Albę constiterunt in vrbe opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorum ciuium, atque optimorum. Huius Martię legionis legio Quarta imitata virtutem, duce L. Egnatuleio, que Senatus merito paulo ante laudauit, C. Cesaris exercitum profecuta est. Que expectas M. Antoni iudicia grauiora? Cesar fertur in caelum, qui contra te exercitum comparauit: laudant exquisitissimis verbis legiones, que te reliquerunt, que a te accesserunt sunt, que tue essent, si te consulere, quam hostem maluisses: quarum legionum fortissimum, verissimumque iudicium confirmat Senatus, comprobatur vniuersus populus Ro. nisi forte vos Quirites consulem, non hostem iudicatis Antonium. Sic arbitrabor vos iudicare ut ostenditis. municipia, colonias, prefecturas, num aliter iudicare censeatis: omnes mortales vna mente confestim iudicant: omnia arma eorum, qui hæc salua velint, contra illam pestem esse capienda. Quid D. Brutus

Antonius  
hostis iudicatus:

Legio Martia: